



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

76. Samaritani prohibent Christum hospitio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 76. Samaritani prohibent Christum hospitio.

Luc. 9. \* 71.

S. Matthæus S. Marcus,

S. Lucas.

S. Iohannes

FACTUM est aut dum compleretur dies assumptionis eius, & ipse facie suâ firmavit ut iret in Ierusalē. Et misit nūtiōs ante cōspectum suum: & euntes intraverūt in ciuitatem Samaritanorū ut pararent illi. Et nō receperunt eū, quia facies eius erat eūtis in Ierusalē. Cū vidissent autem discipuli eius Iacobus, & Iohannes, dixerūt, Domine vis dicimus ut ignis descēdat de cælo, & consumat illos? Et conuersus increpauit illos, dicens, Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et abierūt in aliud castellū. \* 29.

CAP. 77. Decem viri leprosi a Christo purgantur in itinere iherosolymitano, quorum non nisi vnus, & ille quidem Samaritanus, de beneficio accepto gratias agit. Luc. 17. \* 101.

S. Matthæus S. Marcus,

S. Lucas.

S. Iohannes

ET factū est, dū iret in Ierusalē, transibat per mediā Samariam & Galilæā. Et cū ingrederetur quoddā castellū, occurrerūt ei decē viri leprosi, qui steterūt à lōgē: & leuauerūt vocem, dicētes, Iesu præceptor, miserere nostrī. Quos vt vidit, dixit, Ire, ostēdite vos sacerdotibus. Et factū est dū irēt, mundati sunt. Vnus autē ex illis, vt vidit quia mūdatus est: regressus est, cū magna voce magnificās Deū, & cecidit in facie ante pedes eius, gratias agens: & hic erat Samaritanus. Respōdēs autē Iesus, dixit, Nōne decē mūdati sunt: & nouē vbi sunt? Nō est in uētus qui rediret, & daret gloriā Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi, Surge, vade. quia fides tua te saluum fecit. \* 101.